

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tribulatio y
cum fonte primo

Sanctorum mentes

eternitatis premia
prestolantes uires ex aduersitatibus
sumunt quia crescente pugna
gloriosiorem sibi non ambigunt manere
uictoriam. Electorum desideria
dum premuntur, aduersitate proficiunt,
sicut ignis flatu premitur ut crescat, et
unde quasi exstingui cernitur, inde
roboratur.

Gregorius libro XXVI. moralium.

Sed

robustorum mentes
in Deo immobiliter fixae tanto ista
despiciunt, quanto cernunt quod contra
praecepta conditoris excrescunt.
Aeternitatis quippe praemia
praestolantes uires ex aduersitatibus
sumunt, quia crescente pugna
gloriosiorem sibi non ambigunt manere
uictoriam. Sic itaque electorum desideria
dum premuntur, aduersitate proficiunt,
sicut ignis flatu premitur ut crescat; et
unde quasi exstingui cernitur, inde
roboratur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 26,
14 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1282, ll.33-40).